



Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 25. Honorum & divitiarum contemptum suadet, & pericula eorum
memorat, humilesque consolatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Ut te defendat variis à fraudibus hostis,
a Ullius labis ne te contagio lædat:
Sic sine nube, dies transibit, luce serena,
Duraque nec tristem reddent, nec prospere
ra lætum.

§. 25.

Honorum & Divitarum contemptum suadet,
& pericula eorum memorat, Hu-
milesque consolatur.

Horrende & cito apparebit vobis, quia judi-
cium durissimum his, qui præsunt, fiet,
exiguo enim conceditur misericordia: po-
tentest autem potenter tormenta patien-
tur. *Sap. 6. v. 6.*

C Arnis delicias, & mundi gaudia vita.
d Divitias laudes, vanos hominum-
que favores

Et quæ magna putat, qui horum possessus
amore,

Cum noceant Animæ, carni quæ grata vi-
dentur,

Fernantesque Rosas, spinarum copia cin-
gat,

Majori fructu quæreres mansura per ævum,

Nec

a *Psal. 18* b *Psal. 22* & 26. c *Matth.*

9. d *Psal. 61.* e *Matth. 6.*

Nec sapies altum, medio tut iissimus ibis,
Inferiora minus, quam quæ sunt alta, nocte
bunt.

a Magni, magna luent, posthac tormenta do-
lorum,

Præ reliquis illi, quibus est concessa potestas
Ut præsint aliis, duro si more gubernent,
Imperioque gravi, afflictis cervicibus instent,
Aut onera imponant humeris, superantia vi-
res,

b Dissimulentque mala, ut vincant zizania
semen

Utile sicque premant, ut vix emergere possit.
Tunc vasto alterius vitii, se gurgite mergent.
Et peccata luent aliena, ut propria facta,
Cum lolium excrescens, nec publica scandala
tollant:

Hos fluctus referet, mala conniventia Mag-
nis,

Effugit hybernas demissa antenna procellas,
Magna que plus parvis, perstringunt carbasa
venti,

a Apoc. 18. Sapi. 6. b Decreti 1. parte distinct.
83. cap. 3. Error cui non resistitur, approbatur,
& veritas cum minime defensatur, opprimi-
tur, negligere cum possis, deturbare perversos,
nihil aliud est quam fovere, ibid. cap. conser-
vare, &c.

& Iustitia Evangelica.

73

Non adeo est ratio privatis danda severa,
Quam sit Divitibus, seu qui lætantur honore,
^a Quæ reddenda Deo, juxta concessa talēta,
His vero major, quibus hic concredidit ampla:

^b In Terra, Cœloque simul, vix gaudia car-
pes,

Hæc modo si quæris, veris privabefis olim,

^c In Mundo, vix est ullus fœlicior, illo.

^d Qui contentus, agit placidos, inglorius
annos,

In servitque Deo, træctat Cœlestia mente,

^e Divitias aliis, curasque relinquit inanes

Quæ pacem cordis tollunt, animæque quietem,

^f Instar spinarum pungunt, acuuntque do-
lorem,

Tristia cum turbent, faciunt & læta superbū,

Ut feret, instabilis variati temporis usus:

^g Impedit infirmum, grato ut requiescere
somno,

Affligens, dolor, aut vertigo molesta cerebris

^h Sic rerum cupidum, mala sollicitudo fa-
tigat,

Æs habeat Croesi licet, aut Junonia regna.

D

§. 24.

^a Matth. 28. ^b Luca 16. ^c Prov. 12. ^d
Prov. 27. & 28. ^e Luca 8. ^f Ibid. ^g Eccles.
31. ^h Eccles. 28.